ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 81

Curia Generalizia - Roma

→ con Biografia CRS n. 81

Vezzani Giacomo (Vettiano), Iacobo Vectiani Regiensis Selectarum epistolarum pars prima ad illustrissimum principem Franciscum Barberinum S.R.E. Cardinalem. Bologna, apud haeredes Bartholomaei Cochij 1626, pp. 580 in 8°:

Copia in: VE, Marciana (214.D.204).

Trascrizione di p. Maurizio Brioli crs., Venezia, Marciana, 13-15 nov. 2010

- pagg. 393-394: "CXXXXII. Iacobus Vectianus Bernardo Balionio (**p. Bernardo Baglioni crs. ndr**). Neapolim. S.P.D.

Vicisti, Balioni, do manus: vicisti, inquam, humanitate, obsequendi studio, scribendi officio; qui pro unis parum latine, certe quidem ineleganter exaratis binas iam dedisti literas, latine et eleganter scriptas, benevolentiae plenissimas, et eius amoris, qui rarus inter amicos esse solet, ne vereare igitur (quod facere videris in his postremis) ut illae mihi suspectae sint. Extare mihi videtur in illis ipsum cor tuum, pro quo quid reponam? meum. A **Carrara** nostro mirum adhuc silentium: etenim ne rescripsit quidem ad eas literas, quibus illum de meo praesenti statu certiorem feci. Nisi si periere illius quoque literae, ut aliae non unae, quae Roma Tibus, ubi superiorem aestatem transegi, ad me missae eorum perfidia aut negligentia, quibus commissae, tam non semel amissae. Atque id unum fuit in causa, cur Antonius Quaerengus (**Querenghi Antonio**, *Padova 1546-1633, abate, letterato, visse molto in Roma; nell'Accademia degli Occulti di Brescia, col nome di Intricato, compose un carmen in onore di Agostino Gallo ndr*), vir ut nosti gravissimus et doctissimus, meum ad Urbem reditum expectare maluerit: quamquam et valetudine etiam impeditus fuit, et multis aliis occupationibus, ut ante hanc diem rescribere ad te, cum saepius cogitarit, non potuerit tamen. Tu ignosce viro septuagenario, parum firmis utenti viribus; **Cardinalis autem Estensi** Patroni sui multis, et gravibus vel hac aetate implicato negotiis. Nam, quod eius amorem requiris, et studiose flagitas in tuis ad ipsum literis, quas mihi legendas obtulit; sum ipse testis, quantopere te amet, quanti tuam et eruditionem, et scribendi tum copiam tum elegantiam faciat. Alexandrum Boccolum (**p. Alessandro Boccoli crs. ndr**) Congregationis vestrae generalem Praefectum, virum omni virtutum genere exultum, ea, qua talem ac tantum salutari reverentia decet, salvere cupio multum per te, aut per ipsum, qui illi a secretis est, **Carraram** nostrum; de quo scire pervelim quid agat, quid meditetur. Longissimam mihi quidem epistolam debet, vel quod officio rescribendi defuit; vel quod parum caute, parum diligenter nescio quo literas inscripsit. Vale. Roma. IX Kal. Novembris".

P. BAGLIONI BERNARDO

81

di Lodi.

Dal 1616 si trova nel collegio Clemrntino di Roma, é suddiacono e maestro. Fu ordinato sacerdote il 6 3 1618. Era anche prefetto dei convittori.

Non sappiamo dove sia stato negli anni 1619-22, quando ritornò al Clementino come maestro di humanità.

Morì probabilmente circa il 1630.

Nel libro: " Iacobi Vectiani Regiensis selectarum epistolarum pars prima - Bononiae 1626 ", a pag. 394 vi é una sua lettera al P. Baglioni, che allora si trovava a Napoli, in cui si dice: " binas iam dedisti litteras, latine et eleganter scriptas ". Soggiunge poi che non si faccia meraviglia se il celebre letterato e poeta Antonio Quarenghi non gli risponda attesa la sua grave età, e gravissime occupazioni, e soggiunge: " nam quod eius amorem requiris, et studiose flagitas in tuis ad ipsum litteris, quad mihi legandas obtulit, sum ipse testis, quantopere te amet, quanti tuam et eruditionem, et scribendi tum copiam tum elegantiam faciat ".

OPERE:

Siamo riusciti finora a trovare il seguente:

AD REVERENDISSIMVM D.

D. PAVLVM ARESIVM DERTONENSIVM ANTISTITEM.

SATIS volucris Fama loquacibus
Te, PAVLE, pennis, & celeri pede
Vulgarat Auroræ à cubili
Solis ad occiduos receſſus,
Quando Deorum Templa ſonantibus
Dictis repleres ſemina conſerens
Diuina; vt à Tarſenſe Paulo
PAVLVS ARESIVS haud abeſſet.
Tuas, ARESI, reddidit, inclyte,
Laudes ſuperbas, & celebres ſatis
Doctus libellus De ſacrato
Semine vitæ Dei ſerendo;
O' ille quàm cultus, lepidus? Tuis,
O' quanta labris copia deffluit?
Scribas, loquaris, PAVLE, dulci
Eloquio Cicerona vincis.
Aegyptiorum nunc ſapientium
Arcana libro quùm renouas nouo
Vnoque doctus multa claudis
Schemate ſymbola cultiore,
Formauit vnum Pallas ad omnia
Te, PAVLE, dico; Palladis artibus
Inſtruxit vnum Te canorus,
Pieriſque choris Apollo.
Viues, ARESI, non patrio modò,
Sed diſſito longè æquore cognitus,
Viues ſed Arctoi Bootæ
Finibus, occiduiſque terris.
Quid plura? viuent tempora Neſtoris
Aeterna docti ſcripta Volumina,
Viuetque Te ſcriptore ſemper
Nobile nomen ARESIORVM.

Bernardi Balionij C.R.Cong.Somaſchæ.

Delle Sacre Imprese di Mons. Paolo Arese, vescovo di Tortona, libro IV, in Tortona per Pier Giovanni Calenzano et Eliseo Viola compagni. 1630 (Introduzione)

Nell'opera " Discorsi historici di Defendente Lodi in materie diverse appartenenti alla città di Lodi - Lodi 1629 ". A questa opera P. Baglioni stese un'erudita prefazione in latino in calce alla quale si legge: " e collegio nostro S. Mariae, anno salutis reparatae MDCXXIX ". A questa prefazione fa seguito anche un suo epigramma latino: " Perillustri Domino Defendenti Laudio de suis prolusionibus Academicis historicis "; e comincia: Auspicio Lauda heroum fundata superbit; e in fine: Bernardi Balionii cl. reg. Congr. Som.

CXXXXII.

Iacobus Vectianus Bernardo Balionio S. P. D. Neapolim.

Viciſti, Balioni, do manus: viciſti, inquam, humanitate, obſequendi ſtudio, ſcribendi officio; qui pro vnis parum latinè, certè quidem ineleganter exaratis binas iã dediſti literas, latinè & eleganter ſcriptas, beneuolentiæ pleniſſimas, & eius amoris, qui rarus inter amicos eſſe ſolet. ne vereare igitur (quod facere videris in his poſtremis) vt illæ mihi ſuſpectæ ſint. extare mihi videtur in illis ipſum cor tuum. pro quo quid reponam? meum. A Carrara noſtro mirum adhuc ſilentium: etenim ne reſcripſit quidẽ ad eas literas, quibus illũ de meo præſenti ſtatu certiorem feci, niſi ſi periere illius quoque literæ, vt aliæ non vnæ, quæ Roma Tibur, vbi ſuperiorem æſtatem tranſegi, ad me miſſę, eorum perfidia aut negligentia, quibus commiſſæ, iam non ſemel amiſſæ. Atque id vnũ fuit in cauſa, cur Antonius Querẽgus, Vir vt noſti grauiſſimus & doctiſſimus, meũ ad Vrbem reditum expectare maluerit: quanquam & valetudine etiam impeditus fuit, & multis alijs occupationibus, vt ante hanc diem reſcribere ad te, cum ſæpius cogitarit, nõ potuerit tamen. Tu ignoſce viro ſeptuagenario, parum firmis vtenti viribus; Cardinalis autem Eſtenſis Patroni ſui multis, & graui-

ui

bus vel hac ætate implicato negotijs. Nam, quod eius amorem requiris, & ſtudioſe flagitas in tuis ad ipſum literis, quas mihi legendas obtulit, ſum ipſe teſtis, quantopere te amet, quanti tuam & eruditionem, & ſcribendi tum copiam tum elegentiam faciat. Alexandrum Boccolum Congregationis veſtræ generalem Præfectum, Virum omni virtutum genere excultum, ea, qua talem ac tantum ſalutari reuerentia decet, ſaluere cupio multum per te, aut per ipſum, qui illi à ſecretis eſt, Carraram noſtrum; de quo ſcire peruelim quid agat, quid meditetur? Longiſſimam mihi quidem epiſtolam debet, vel quod officio reſcribendi defuit; vel quod parum cautè, parum diligenter neſcio quo literas inſcripſit. Vale Romæ. IX. Kal. Nouembris.